MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS V: 1.9. 1.11.)

Melk, 1471

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36448
Copyright: Melk, Benediktinerstift

rissima columna lucis a culmine do-
mus in qua sanctus iacebat sacerdos
usque ad summum celi horarum ferme spaci-
o duarum stare fastigium. Quod cum vi-
ro dei diceretur intellexit statim hoc sig-
num suum demonstrare obitum. vocavit
suos ad se filios ut eorum precibus suam
fideli conditori commendaret animam. Et post
dulces paterne pietatis admoniciones
et extrema karitatis verba sacro sancti cor-
poris ac sanguinis Christi confirmatus viatico
inter manus lacrimancium spiritum emisit. O
dies sancto letissima sacerdoti. sed cuncto
mestissima populo. quam tantus subito
corporali vita deseruit pastor. qui ta-
men spiritali numquam deserit intercessio-
ne si sancte illius admonicionis verba ac
probatissime vite vestigia non desistit
sequi. Convenerat itaque ad ultima
venerandi viri exequia clerus ac populus
copiosus. aliarumque ecclesiarum sacerdotes
presbyteri et diacones. Sed mirum inter
lacrimancium voces infra psallencium
ut fertur agminibus cum religiosis viris cetus
audiebatur in celis. ut cum digno hono-
ris officio feretrum in quo iacebat cor-
pus paratum staret in medio. accedentes
movere eum non valebant. Quid vero ageret
ambigebant. quo se verterent nesciebant.
Sciscitabant a scopilione archipresbytero
viro quidem religioso. qui secretarius
fuerat sermonum sancti viri. si aliquid
eum de sua testari sepultura meminerat,
timentes ne forte illius hoc ideo accidis-
set. quia intra murum eius civitatis
illum sepelire disponebant. Quibus ille
respondit. sepius eum audire dicentem quod nul-
lus intra muros civitatis sepeliri de-
buisset. quia omnibus civitatis locus debet
esse vivorum non mortuorum. Consilioque

accepto abeo ut foras civitatem in ora-
torio quod sibi ipse paraverat sepe-
lirent patrem. qui mox facillime le-
vantes feretrum. portabant sanctum corpus
cum luminibus laudibus et ymnis ad locum
sibi placitum. sepelientes cum magno
honore iuxta altare eiusdem oratorii no-
bilem terre condentes thesaurum.
In quo loco divina pietate prestante
usque hodie solent miracula fieri. que
magis evenencium ore narrantur. quam dic-
tantis stilo scribuntur. Superveniente
itaque tempore domus in qua deo dilectus
diem obiit flammis ardere cepit. sed
vidente quadam religiosa femina ha-
bitu nocte sanctus adveniens vexillis
flammas adeo discussit. et ita incolumis
remansit cum lectulo in quo vir venera-
bilis sanctam ad regna celestia animam
emisit. ut omnes agnoscerent quanta
illius esset beatitudo in celis: cuius lectuli
domus incendiis ardere non potuit. Per
cuius meritorum quoque sanctitate divi-
na operante pietate. quotidie vel
vetera narrantur miracula vel nova videntur.
Felix quidem coronata civitas tam
excellenti munita patrono. Que si mu-
rorum ruinis vilescit. illius tamen meri-
torum nobilitate clarescit. totusque pro
eius sanctitatis intercessione gaudet populus
omnipotenti deo eternas referat laudes.
qui tam clarum eis perdonavit doctorem.
cuius predicacione viam agnovit ve-
ritatis. cuius precibus si in fidei firmi-
tate et vite sanctitate consistit. ab omni
adversitate secura permanserit. ac
usque ad perfectam beatitudinis glo-
riam. Prestante domino nostro Ihesu Christo
qui cum patre et spiritu sancto vivit. Prologus in

passionem S. Leudegarii episcopi et martiris